



Conradus ex nobili familia de Risenberg in
 Vuederau natus est. Is amore literarum Pa-
 rihios profectus, ibi operam Theologię dedit, &
 in uirum doctissimum breui euasit. Inde Canoni-
 cus Moguntinensis, & postea Spirensis Decanus
 constitutus est. Cum in ea uitę conditione pieta-
 te & doctrina alios longę superaret, communi cō-
 sensu Hildesheimensis Ecclesię episcopus 29 ele-
 ctus est. Ibi potissimū Ecclesię negotia promo-
 uit, atq; ciuiliū rerum administrationem conte-
 mnens alijs commēdauit. Vnde clerum in officio
 continuit, atq; multa monasteria uirginum & mo-
 nachorum pāsīm erexit. Cum etiam Lutetię Do-
 minicani & Frānciscani ei noti fuissent, eos in suā diocēsim asciuit. Otto Brun-
 suicensis dux huic plurimū aduersabatur, atq; eum coram Lothario Cęsa-
 re accusarat. Verū cum eius excusatio audita fuisset, principum sentētia o-
 mni noxa liberatus est. Postea etiam Episcopo aulam ædificauit, atq; per 24
 annos magna laude suę ecclesię præfuit. Tandem cum ætate fessus quietem
 optaret, atq; huius mundi fastum contemneret, Episcopatum tumultuantem
 resignauit, atq; monasteriū Schonau circa Heidelbergam ingressus Bene-
 dictinorum ordinem assumpsit. Ibi cum per tres annos piē uixisset, An-
 no millesimo ducentesimo quadagesimo octauo mortuus &
 sepultus est. Ano, Crantz.